



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. Quomodo, & quando constituatur ratione rei sitæ in alieno territorio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

ura contractus , aut consuetudo loci , alia enim durissimum tali peregrino fore , ubique locorum , quo devenit , respondere) & si in loco contractus reperiatur ; si enim territorio contractus jam excederunt , urgeri amplius non possunt , ad comparendum coram judice loci illius personaliter , quamvis immisso in illorum bona , si quae habent in tali territorio , & citati contumaciter absint , fieri possit , prout habetur in cit . c . 1 . § . Contrahentes , vel si nulla bona habeant , in loco contractus , habeant tamen in loco domicili , ad hunc locum Actor remitti poterit , & Index domicili requiri , ut Actorem in bonorum talium possessionem immittat . Quae tamen omnia intelligenda sunt , nisi aliter contrahentes convererint , qui sicuti solutioni facienda certum locum nominare possunt , ita ad contractum implendum convenire possunt , de domicili , vel loci celebrati contractus judice , aut receptae consuetudini deferendumerit .

S. VI.

Quomodo , & quando constituantur forum ratione rei sita in alieno territorio ?

Si factio realis aut mixta intentatur , potest convenire reus coram judice , in cuius territorio res sita est , sive immobilis haec sit , sive mobilis (modò restalis mobilis non sit tantum custodice causa , & sic tantum transunter in loco tali deposita) c . sane 3 . Et c . ult . b . tit . ita ut penes actorem sit , si res immobilis feudalis non sit , utrum in loco domicili rei , an vero ubi res sita est , agere velit ; Quamvis e-

nim tali iudici , ubi res sita est , non sit absolutè subditus rei talis possessio , & consequenter actione merè personalicoram tali iudice conveniri non possit , sit tamen subditus secundum quid in ordine ad rem in illo loco sitam & possessam quodsi tamen in tali casu Actor non forum rei sita eligat , sed forum domicilii , & reum conveniat coram iudice domicilii , debet postmodum Index rei sita , ad denuntiationem iudicis domicilii , qui sententiam tulit , eam exequi argu . cap . Postulasti 14 . b . r .

§. VII.

An , & qua ratione preventus à iudice competente , non obstante postea mutatione fori , adhuc coram illo in iudicio respondere tenetur ?

Quid talis , si à iudice competente legitimè preventus fuerit , per citationem v . g . ad instantiam partis factam , etiam si postea forum mutaverit , nihilominus coram priori iudice respondere teneatur , & causam prosequi , constat ex c . Propositi b . r . ibi enim finiri judicium deber , ubi cœpum est . I . Vbi 30 . ff . de iud . Quamvis enim egressus ex loco , ubi domicilium habuit , destinat esse subditus ratione domicilii illius loci iudici , quam primùm locum illum animo transferendi domicilium egressus est , manet tamen illi quoad hanc causam , circa quam ante excessum , per legitimam citationem preventus fuit , ratione preventionis subditus ; nisi etiam una cum mutatione domicilii , vel jurisdictionis , mutetur status personæ , si Clericus v . g . vel Religiosus fiat , tum enim coram iudice

H h 2 dice